Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26236
Copyright: Admont, Benediktinerstift

di auctore esse non potuit. Hoc quod a bono esse accipere esse potuit quod omnibus esse dedit. Quae ipsa tota semper fuisse et nunquam cepisse fateri oportet. Quo omne quod aliquando esse incipit habuit auctorem per quem cepit. Constat quod nec dubitari ullo modo potest quin ille per quem cepit quod non semper fuit nunquam cepit. Is semper fuit. Illum autem rerum auctorem primum principium hoc modo ratio investigat. Invenit pietas venerat et adorandum fides predicat dicens.

Quisque rerum argumentum foris in creaturis.

Hoc autem ratio invenit. Ipse plane nihil quod videt extra se quod ortum et occasum habent cuncta sine auctore nec originem habere possent nec rationem. Quae tempore aliquando cepisse idcirco dubium esse non potest quin in partibus suis sine cessatione commutentur et oriri videantur quod non esse et parere quod esse. Omne autem quod mutabile est aliquando non fuisse necesse est quod stare non potuit cui ipse ipsum fuit indicat se aliquando non fuisse propterquam fuit. Sic respondent quod foris stat his quod intuentur ad unitatem contemplandam et auctorem suum natura clamat quod se ab illo factam ostendit.

Quod deus unus et trinus.

Ita ratio proprie deum esse invenit et invenit alia ratio quod non solum esse deum sed unum esse et trinum esse compluribus. Primum ipse de se. Deinde per quae facta sunt ipsa facta sed in se. Una pietas una devotio una cultura dominum unum et dominum unum. Sic dicit ratio et approbavit in se ne scisma mentium fieret et plura principia et non esset esse. Quem melius esse et consonum magis unitati et sententiae naturae principium unum et finem unum in quem habere posset et usionem quae ab illo existit omnia. Alioquin dissipationem esse unum sita ratio sine capite et principio et moderatore et clamavit illi natura foris et testata est adeandem unitatem et dixit. Opus unum auctorem unum et concordia una et silum unum et una administratio. Puidemia unum. Quae manifestat esse deus unum. Creatorem unum. Moderatorem unum et rectorem quae totum unum et unum totum.

Quod vere et summe unum.

Et approbavit hoc ratio et acquiescit et dixit quod unum. Haec collectione diversorum nec diversa nec compositione partium nec massa formatur nec similitudine multorum nec pluralitas superflua vel singularitas in perfecta apparere. Dissentiunt in similitudine sola et existens plurium aut in perfectione ostendit in parte. Si minus habet singula aut superflua geminationem totum. Si perfecta est unum sola. Quae non est in omnibus unitas sua. Si emulantur soli hoc unitate quod dam appropinquit ea. Si non quia adulam quo est unum nec quod est ue unum non est. Si unum unum et accedit ad se et fit illis simul esse et vivere unum unum esse. Haec non ue unum est. Quo esse unum totum quod est. Dum